

# TRACTATUS

DE

SECUNDA SUPPLICATIONE,

SIVE

RECURSUS ADVERSUS

REVISIONIS SENTENTIAS

SUPREMI SENATUS,

REGIARUMVE CHANCELLARIARUM,

ET ALIORUM TRIBUNALIUM

HUIUS REGNI

OPVS POSTHVMVM.

AUCTORE

D. IOSEPHO MALDONADO ET PARDO,  
olim in Regis Consilij causarum Patrono in Audien-  
tia Regni Galliciae Fiscali, deinde in Granatensi  
Chancelleria Fisci Patrono.

Año

1690.



CVM PRIVILEGIO REGIS.

MATRITI. Ex Officina Bernardi de Villa-Diego, Typographo Regio.

*A costa de los Herederos de Gabriel de Leon, vendese en su casa en la Puerta del Sol.*

*APPROBATIO DOMINI D. D. IGNATII ORTIZ DE MONCADA,*  
*olim in Toletana Academia primum Vespertinae, deinde Decretorum Cathedrae Mode-*  
*ratoris, & in Sanctae Inquisitionis Tribunali pro pauperibus causarum Patroni, post*  
*Parrochi opidi de Ballecas, ac tandem Parrochialis Diui Sebastiani Matritensis,*  
*& in Tribunali Sanctae Inquisitionis, quod Curia dicitur*  
*Ordinarij Inquisitoris.*

**E**X commissione collendisimi mihi viri Domini Doct. D. Antonij Pasqualis, Vicarij Generalis huius Matritensis Curiae cum Populis adiacentibus, & Archidiaconi de las Selvas, quae Dignitas praecipua in Cathedrali Gerundensi Ecclesia, legi, & per legi librum satis eruditum, de *Secunda Supplicatione*, siue recursu aduersus reuisionis sententias Supremi Senatus, Regiarum Chancellariarum, & aliorum Tribunalium huius Regni, Authore D. Iosepho Maldonado & Pardo, olim in Regijs Consilijs causarum Patrono, in Audientia Regni Galleciae Fiscali, nunc vero in Granatensi Chancelleria Fisci Patrono: Novum opus, novo stylo, de re nova: certe à Regnicolis haud per tractata ecce nunc prodit, Author quidem prenotus ex ad notatis ad corypheum iuris peritiae Hispanae Doctissimum Ludovicum Molina tractatu de primogenijs, ad quem cum primores Forensium rerum coniuncti notas edidissent, noster Ioseph sine socio tales addidit, & publico dedit, vt (procul emulatio) nulli ex anterioribus cedant, nunc. Ex propria penu integrum tractatum exponit, quem nullus ex professo diseruit, adeo accuratè, vt sic posteris clausurit viam, vt clausam reperit: tali enim methodo quaestiones distribuit, ac claritate, & maturitate resoluit, vt quamvis iter planum, obuiumque cuique, etiam in incunabulis Iurisprudentiae adhuc vagienti relinquat; viam tamen claudit etiam peritissimis ad huius scopus tractationem iterum elimandam, nec enim inuenient aliquid in tactum, quod supleant, nec sine Iudicio pleno resolutum, quod impugnent, in concinendis seligendisque Auctoribus pro sententia quam tuetur, vel reprobat; & si eruditionem, & Iudicium in electione patefaciat, prolixitatem de vitat, contentus indicare, fontes magisque rationum nerbo innixus, & iurium auctoritate, quam in numero Doctorum, numero (quod nostri saeculi vitium est) ad singulas enim lineas proprii sensus integras paginas cumulant Auctorum accervis, vt potius quid viderint ostentent, quam quid proferant dignoscatur, sed iam ad nostrum Iosephum, cuius à pueritia testis semper in eo acumen ingenij in defessum in studijs laborem, modestiam in moribus admiratus, spem, quam concepisti, strenuè superatam inuenio, sic de Scipione Cicero ad Laelium: *Qui sumam spem civium, quam de eo iam puero habuerant, continuo adolescens incredibili, virente superavit; qui Consulatum petiuit nunquam, factus est Consul bis, primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, Reipublicae pene sero. O verè Scipionis aemulator! non solum quia spem civium superasti, sed quod ab ambiendo alienus, & à semitis, quibus honores petuntur extraneus, factus es Consul bis: primo in Galleciorum Audientia, nunc in Granatensi Chancelleria ad Togam munusque*



# DE SECUNDA SUPPLICATIONE

SIVE

RECURSV ADVERSUS REVISIONIS  
sententias Supremi Senatus, aut Regiarum Chancellaria-  
rum, vel aliorum Tribunalium huius Regni.

## TITULUS I.

Vbi agitur de natura secundæ supplicationis.

## QVÆSTIO PRIMA.

*De Origine, & causa concedendi secundam supplicationem ab In-  
uictissimis nostris Regibus, & de eius vera definitione.*

## SUMMARIUM.

- 1 Nihil perfectum, nisi ex omnibus suis con-  
stet partibus.
- 2 Ars bonæ, & æquæ iuris, in quo omne Impe-  
rium conservationem firmat.
- 3 Philosophiam veram ius continet.
- 4 Princeps quoties necessitas postulat leges  
condere debet.
- 5 Lites simul cum diuitijs, & cupiditatibus  
nascuntur.
- 6 Virtus, priusquam leges, qua ea modera-  
rent suborta.
- 7 Secunda supplicatio valde utilis, & ne-  
cessaria indicatur.
- 8 Iudices quamuis iuris peritissimi huma-  
na imbecillitate errare possunt.
- 9 Melius est se corrigere, quam ab alijs  
corrigi.
- 10 Princeps in secunda supplicatione concessa  
grauatis litigantibus tanquam in causa  
necessaria subuenit.
- 11 Secunda supplicatio concessa, ne auxilium  
denegetur contra Inturiam.
- 12 Appellatio in iure admissa, ut dolus in  
iudicando corrigatur.
- 13 Secunda supplicatio inuenta, ut adhibitis  
peritioribus aduocatis, & exercitatis no-

- gatijs meliori cognitione iudicari possit.
- 14 Causa secunda supplicationis ex Regia de-  
legatione consueuerunt iudicari, & qua  
fuerit in hoc praxi.
  - 15 Regium rescriptum vni ex Præsidijs  
missum omnes comprehendit.
  - 16 Principis sententia vniuersalem legem  
facit, & quomodo intelligatur.
  - 17 Variæ definitiones secunde supplicationis  
referuntur, vsque ad num. 20.
  - 21 Secunda supplicationis definitio traditur,  
& expenditur ad num. 26.
  - 27 Quod duplex dicatur supplicatio.
  - 28 Supplicatio, Reclamatio, Querela, & Re-  
cursus in quo conueniant, & differant,  
vsque ad num. 32.
  - 33 Recursus proprie dicitur quando recurritur  
ad suprema Tribunalia pro tollendo gra-  
uamine illato per Iudices Ecclesiasticos.

**D**E Secunda supplicatione tractatu-  
rus, cum nihil perfectum iudice-  
tur nisi ex omnibus suis constet partibus,  
& cuiusque rei potissima pars princi-  
pium sit, ex leg. 1 ff. de orig. iur. latè exor-  
nat Surd. cons. 301. à num. 36. necessa-  
rium censui exponere initiū huius reme-  
dij causalque, quæ mouere potuerunt in-